

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputatio Theologica Solennis De Termino Salutis
Humanae Peremptorio**

**Neumann, Johann Georg
Green, Georg Sigismund**

Vitembergae, 1700

§. XIV

urn:nbn:de:bsz:31-105555

usque ætatem ab homine expectare fruges , addente Gerhardo : *Non de cuiusquam salute temere desperandum, eum Christi intercessione etiam in ultima mortis hora quis converti possit.* Harmon. T. I. p. 1208. Reliqua ne tango quidem, sed ad publicam συζητησιν remitto, & Pl. Reverendo Candidato discutienda relinquo.

§. XIV.

Unum illud superest, quod Orthodoxorum consensum tam proterve objiciant, & Lutheri, Gerhardi, Franzii, Danhaueri, Carpzoviorum, Pfeifferi , aliorumque auctoritate, fulcire deploratam causam conentur. Verum priores omnes ita vindicavit D. Musæus in Tr. Anti-Stengeriano , ut, si quis eo acquiescere nolit, ne verbo quidem dignus sit , nedum prolixa refutatione. De ceteris nihil addo, nisi hoc unum : *Mortuis Leonibus vel simidos insultare.* Aliud enim est, similem quandam phrasin ex Legis rigore adhibere, aliud fontes simul Evangelicos turbare , & suborto certamine heterodoxiam propugnare ; id quod a Theologis tam cordatis ac solidis semper fuit alienum..

S. D. G.